

Thomas Lindemann

**Programma Quo Ad Exequiale sacrum Quod Matronae honor atißimae Sophiae  
Clingiae Viri ... Joachimi Kochii Senatoris quondam huius Reip. relictæ viduae  
pudicissimæ. Liberi eiusdem ... Orphani, eorumq[ue] consanguinei ... Omnes  
omnium ordinum cives Academicos officiose invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747405328>

Druck    Freier  Zugang



Lindeman, Th.,

in S. Clinge,

uxor. J. Koch.

R. 1632.

17



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747405328/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747405328/phys_0002)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
rosdok/ppn747405328/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747405328/phys_0004)

DFG

# PROGRAMMA

*Quo*  
Ad Exequiale sacrum.

*Quod*  
*Matronæ honoratissima*

# SOPHIAE CLINGIAE

*Viri prudentissimi*

# JOACHIMI KOCHII

Senatoris quondam hujus Reip.

relictæ viduæ pudicissimæ.

Liberi ejusdem mestissimi Orphani, eorumq; consanguinei,  
hodie ad horam medium primam adornatum  
expetunt

Omnes omnium ordinum cives Academici  
eos officiose invitati.

RECTOR

Academiæ Rostochiensis

THOMAS LINDEMAN

J. U. D. & Professor.




ROSTOCHI

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXII.

+0  
17.







RECTOR  
Academiæ Rostochiensis  
**THOMAS LINDEMAN**  
J. U. D. & P. P.



T regna & Respublicas, ita  
& familias certis circumscribi  
periodis, easq; in majoribus re-  
giminiibus 500: in familijs, secul-  
lari spatio definiri, viri docti  
tradunt. Causas harum muta-  
tionum multi scrupulosè &  
superstitiosè scrutantur, multi  
admirantur. Verum iij in sacris, Angelo Uriel Esdram  
increpante, stultis comparantur, qui maris abyssum, &  
in profundo scaturientes fontes, & cavernas seu came-  
ras Æoli rumari frustra conantur. Jehova enim mundi  
uti creator, ita ponderator, temporumq; mensurator  
est, uti Jeremiel angelus cum describit, addens, hanc  
mensuram intervertere, extendere, incidere, nec intel-  
ligere quemquam posse. Esdr. 4. v. 5, 6, 7. & c. Esdras  
hanc humanæ gentis & mentis miseriam & hebetudini-  
mem agnoscens, & deplorans, tandem in hæc verba  
prorupit: Satius fuisse hominem planè nunquam ex-  
titisse, quam tot calamitatibus expositum mansisse, su-  
bito interire & interitus tempus, causasq; p̄vestigare

A 2

nequire

nequiss. v. 12. Quid itaq; mirum Ethnicos, miserijs his-  
ce turbatos, fari iniquitatem accusasse? Cujus exem-  
plum memorabile Herodotus nobis in vita Mycerini  
Regis Aegyptiorum reliquit, qui cum ab oraculo ob-  
vitæ sanctimoniam longævitatem sibi indulgeri pete-  
ret, & Sexennium tantum impetrasset, Numen iniqui-  
tatis redarguit, hac addita causa; quod nullus majorum  
suorum tot sacrificia adolevisset, tot beneficia in subdi-  
tos contulisset, & tamen nullius vita tam angustis ter-  
minis conclusa fuisset: sed incusatione tali spreta, Ora-  
colum respondit: Fato quia resistis, ideo fati lege citius  
morieris. Rex vero offensus, noctes diebus facibus  
quasi annectendo, nocturna negocia diurnis per-  
misceudo, Sexennium duplicare, atque ita fato  
illudere tentavit, ejusdem tamen vim effugere nequit.  
Frustraneus enim & irritus labor est, qui in Periodo-  
rum divinarum admirabili & imperscrutabili provi-  
dencia constitutarum, interruptione, interversione, vel  
transpositione collocatur. Nondum exactum est secu-  
lum, ex quo Clingiadum in hoc nobili Roseto planta-  
ta est arbor, quæ bono & felicissimo omine succrevit,  
instar palmitis uberis, patulis diffusaramis se expandit,  
incrementumq; diuturnum & longævitatem durabi-  
lem nobis spopondit. Verum mensis hicce Januarius  
eidem ominosus, imo exitialis existit. Isenim duos  
nobiles ramos ante paucos dies immiti mortis falce re-  
fectos excussit, Sophiam Elisabetam Steinbrings / Dn.  
Consulam Bernhardi Clingij & Margaretham Clingiam.  
Dn. D. Henrici Stalmeisteri Cancellarij. Conjuges, ma-  
tronarum decora, nobis eripuit. Nunc tertium aggre-  
ditur ramum, lectissimam Fœminam, Sophiam Clingiam.  
camq; ex Rhodante hac terrestri, veluti plantam no-  
bilissi-

bilissimam, in hortum Paradisiacum transfert. Nata est  
autem piè defuncta Anno. 1589, 10. Maij, parentibus  
in hac Republ. adeò celebratis, insuperq; pluribus Pro-  
grammatibus iam ante delineatis, ut repetitione meri-  
tò supersedeamus. Patrem laudavit Virum Magnifi-  
cum Dn. Bartholomeum Clingium Jctum, & Antecesso-  
rem celeberrimum, Illusterrimæ domus Megalespo-  
leos per multos annos Consiliarium meritissi-  
mum, pij & sinceri Politici typum & nobile simula-  
crum: Matrem Margaretam Croniam matronarum in  
hac urbe veram Margaritam & Coronam: Avitam ul-  
teriorem familiam ex Croniorum & Schmidiorum consu-  
lari & Senatoria dignitate clarorum progenie traxit.  
Fortes creari fortibus, & bonis bonos, Flaccus rectè  
canit. Parentum virtus à primâ infanthia se in hac quoq;  
genuina propagine exseruit. Ast soli natales parum  
prosunt, si eos mores sequiores sordident; in quibus e-  
luendis & repellendis uti & impietate & timore Domi-  
ni instillando, parentes adeò sedulam impenderunt o-  
peram, ut virtutes virginales omnes in ea conjunctim  
sedem & metationem fixisse viderentur. Unde post-  
quam nubiles explesset annos, Vir, Præstantissimus &  
Doctissimus Joachimus Koch Gustrovia Præclaris paren-  
tibus progenitus, eam decenter & honestè ambiit &  
Anno 1609 connubio sibi junxit, propriamq; dicavit:  
Cum quo pacatissimo conjugali consortio totos virgin-  
rianos suaviter, concorditer, & feliciter vixit. Nec  
verò conjunctio hæc sterilis vel infrugifera fuit: Deus  
enim novellis conjugibus clementer & largiter bene-  
dixit, & septem liberorum parentes fecit: Margaretha  
Christiani, Joachimi, Bartholomei, Johannis Friderici, So-

phie, Hieronimi: Quorum duo, *Margareta & Bartholomeus*, matrem antevortendo, ad beatorum *m&lt;i>m&lt;/i>igrarunt. In superstribus pie & probè educandis omnes vires mater sedula intendit, ijsq; ab ætate infantili præceptores præfecit. Recte namq; statuit, parentibus plus gratiæ pro recta liberis inculcata vivendi ratione, quam pro ipsa vita deberi; Hæc namq; spiritum tautum subministrat, Illa verò Organon Deo & hominibus salutare & utile exhibit. Quo nomine Philippus Rex Macedoniae felicem filium Alexandrum ob institutionem Aristotelicam prædicabat. Porrò Oeconomia erat industria simul & *an&lt;i>s&lt;/i>x*. Marito in rebus adversis Nepethes Homericum propinabat, eo omnes tristitiae nebulas dispellebat, animumque Gratiarum pharmacis tranquillabat. Deniq; vinculum hocce conjugale adeo dulce erat, ut uterq; id perene optaret. Sed aliter ejusdem autori & conciliatori Jehovæ placuit, qui immissa implacabilis Mortis fidelice, ligamen hocce suave Anno 1629, 25. Martij dissecuit, & dimidium *Sophia* nostræ, maritum nimirum mellitissimum rebus humanis exemit. Casum hunc relicta vidua acerbissime luxit, & cestum, quam sponso suo quondam obtulit, nunquam repetit. Turtur pare extinto, alteri non jungitur: Ceyx & Halcyon eandem ex se genitis naturam impressisse leguntur. Sic *Sophia* nostra animum & cor semel marito donatum, nulli unquam redonavit; nec ulla cogitatio nuptiarum eā ad secunda vota animare potuit: sed exemplo Didonis primum amorem sepulchro maritali recondidit & quasi obsignavit. Jmitata est nobilem illam Juditham, quæ gloria Israelis quod viriliter egisset, & castitatem marito vovisset, appellari*

pellari meruit. Æmula fuit Annæ viduæ Phanuelis,  
quam Evangelista à viduitate casta & vacatione pre-  
cum commendat: alteram se præstítit Valeriam Messa-  
lariam, quæ de secundis nuptijs sollicitata, primum ma-  
ritum Sulpitium sibi semper vivere, & oculis animoq; suo obver-  
sari respondit: & Marcellam huic haut genio dissimilē,  
quæ rogata anne gauderet se nupsisse, hæc verba re-  
pōsuit. Sed ita, ut amplius nolim. Quo respiciens Publius Syr-  
dicebat: *Habere aliquid maledicti crebro repetitas nuptias &*  
*Feminā multis uubentē, multis placere non posse.* Quod Ho-  
mer⁹ quoq; innuit, quando virgines nubentes *περιδιάς*  
*ἄλοχος* appellat: id vero epitheton secundo nubentibus  
detrahit. Unde Romani feminas secundis nuptijs ab-  
ſtinentes, univiras, coronā uiduali decorabant. Ger-  
mani, Tacito teste, summis easdem laudib⁹ evehiebant.  
Talem Panegyrin nostra Sophia jure suo quodam sibi  
vendicat. Ea enim vitam suam ad normam Paulinam.  
I. Tim. 5. composuit, vitam castam, pudicam, adeoq;  
quatenus in hominem cadit, in culpatam egit, & ob id  
vota longioris ævi sibi nuncupari hoc novo anno ſæ-  
pius audijt: Sed eheu illustre virtutum *τιμὴν*, Sophia  
nostra febri ardenti occultâ correpta, 20 hujus mensis  
circa horam 9 matutinam, in medio ætatis quasi flexu  
constituta, occidit. Febres quasdam salubres & vili sub-  
jeſto indignas nonnulli reputant, nec defunt, qui eas-  
dem Encomijs decorant. Rudolphus quidam Eremita  
febri ſe oblectabat, eaq; ſe recreari gloriabatur, ſed ex-  
perientia febres omnes ejus eſſe indolis, ut homines e-  
necare poſſint, probat. Romanos Febris violentiam &  
potentiam variasq; agnoscentes infidias, fanum pecu-  
liare eidem veluti ignoto malo Genio, dicasse, eiq; fa-  
ſificasse memoriae proditum extat. Nostra *μαργελή*:  
febri

Febrisibi à Deo immissæ antidota, quibus meditorum  
in hac urbe excellentium opera potiri potuit, opposuit.  
Cum vero vim morbi prævalere præsenticeret, ad  
Medicū animæ se convertit, ex carcere hocce dissol-  
vi, & esse cum Christo expetijs. Ideo cælesti Nectarē  
& ambrosia animam pastam, creatori repetenti placido  
ex hac vita transitu, piè reddidit. Reliquis hic quidem  
orphanos, qui matris obitum lugent, ejusq; ope se, cum  
ea vel maximè egerent, destitutos lamentantur. Verum  
Deus orphanorum pater, parentes terrestres ipsis exci-  
tabit, eorumq; auxilio ab omnibus periculis eos adser-  
ret. Hac confisi spe matri in gremio Abrahæ quiescen-  
ti gratulari potius, quam fletibus Manes pios prosequi  
nos decet. Proinde lege i2 tabularum viris tantum pa-  
rentationes decernebantur, ast eam ad fœminas post-  
modum extensam fuisse Plutarchus refert. Eam certè  
~~mercede~~ nostra non minus quam Clœlia vel Popilia  
merebatur; ast Manes ejusdem modesti, justis exequi-  
alibus cōtenti, eadem sibi solemniter & decenter exsol-  
vi postulant. Iis vero pro ritu harum ecclesiarum prisco  
agendis, cum hodierni diei hora media prima condicita  
sit, rogo, moneo & obtestor Academiæ cives, haud  
gravatim ad pij hujns officij præstationem frequentes  
in templo Mariano convenient, exuvias pienissimæ  
matronæ ad dormitorium suum deducant. Et illud Æ-  
gyptiorum in funeribus acclamari solitum pia mortali-  
tatis recordatione ingeminent, sibiq; applicent, Heu  
Heu! nos miseris quam totus homuncio nil est. Publ.  
24. Jan. Anno 1632.












Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn747405328/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn747405328/phys_0016)



pellari meruit. Æmula fuit Annæ vi-  
 quam Evangelista à viduitate casta &  
 cum commendat: alteram se præstitit V-  
 lariam, quæ de secundis, nuptijs sollici-  
 ritum. *Sulpitium sibi semper vivere, & oculis*  
*sari respondit: & Marcellam huic haut*  
*quæ rogata anne gauderet se nupsisse, ha-*  
*suit. Sed ita, ut amplius nolim. Quo respici-*  
*dicebat: Habere aliquid maledicti crebro re-*  
*Eeminā multis uibente, multis placere non p-*  
*mer⁹ quoq; innuit, quando virgines nu-*  
*αλόχος appellat: id vero epitheton seculi-*  
*detrahit. Unde Romani feminas seculi-*  
*stinentes, univiras, coronā viduali de-*  
*mani, Tacito teste, summis easdem lau-*  
*Talem Panegyrin nostra Sophia jure su-*  
*vendicat. Ea enim vitam suam ad nor-*  
 i. Tim. 5. composuit, vitam castam, pu-  
 quatenus in hominem cadit, inculpatam  
 vota longioris ævi sibi nuncupari hoc  
 pius audijt: Sed eheu illustre virtutum  
 nostra febri ardenti occultâ correpta,  
 circa horam 9 matutinam, in medio æ-  
 constituta, occidit. Febres quasdam sal-  
 jecto indignas nonnulli reputant, nec  
 dēm Encomijs decorant. Rudolphus q  
 febri se oblectabat, eaq; se recreari glo-  
 perientia febres omnes ejus esse indol-  
 necare possint, probat. Romanos Febu-  
 potentiam variasq; agnoscentes insidia-  
 liare eidem veluti ignoto malo Genio,  
 crificasse memoriae proditum extat.



elis,  
 pre-  
 essa-  
 ma-  
 ver-  
 ilē,  
 po-  
 Syr-  
 us &  
 Ho-  
 dás  
 bus  
 ab-  
 fer-  
 ant.  
 sibi  
 am.  
 oq;  
 b id  
 sæ-  
 phia  
 nsis  
 exu  
 sub-  
 eas-  
 nita  
 ex-  
 esce-  
 m &  
 ecu-  
 ; sa-  
 elie-  
 bri